Vocabula infirmitatum

Ycteris . is . vel . icia . dicitur morbus quidam fellei coloris quod facit hominem in cute flavere et pallere et aliquando in sanguinere et est species ydropisis . vocatur autem in teutonico Ghelsucht . unde ycterica . ca . talem habens infirmitatem.
Nefresis . sis . quidam morbus scilicet dolor renum . unde Nefreticus . ca . cum qui talem dolorem patitur.
Pleuresis . dicitur dolor lateris acutus cum febre et sputo sanguinolento . unde pleureticus . ca . qui talem patitur infirmitatem.
Egilopa . pe . est caro que nascitur in angulis oculorum . unde Egilopicus . ca . dicitur patiens talem infirmitatem.
Epilensia est dicitur morbus caducus qui apprehendit corpus et mentem.
Sciasis passio dicta a parte corporis quam necat . nam ultimorum ossium quorum summitas in ypsum ilios (?) terminatur quam sciam vocant . Et fit de flegmate que descendit in ipsa ossa et efficitur ibi aglutinatio.
Sinmaticus dicitur infirmus qui plus emittit quam recipit.
Disnoicus dicitur qui plus recipit quam remittit.
Stera . re . dicitur pellicula in qua puer in ventre matris involuitur et moratur . unde stericus morbus dicitur infirmitas mulierum ad sterum pertinens . Et locus dicitur matrix . urina sterici solvit.
Scrofa . fe . dicitur quedam apostemacio que nascitur pueris circa collum.
Reuma . fluxus sanguinis e naribus.
Emoptoys . dicitur emissio sanguinis.
Achcrasis (?) . dicitur ...
Pleripleumonia . dicitur tumor pulmonis.

Satiriasis . iugge desiderium veneris cum extensione naturalium locorum . passio ista dicitur Satyris.
Diarria est iugis ventris cursus sine vomitu.
Epatica . iecoris passio.
Dissinthsia . dissolucio vitalium.

passio